Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



do fundauit syon. et in eo sperabunt pauperes populi eius.

XV

Onus moab. quia nocte uastata est. ar moab. quia nocte uastata est. et murus. ascendit dominus et dibon ad excelsa. in planctum super nabo et super medaba. moab ululabit. In cunctis capitibus eius calluitium. et omnis barba radetur. In triuiis eius accincti sunt sacco super tecta eius et in plateis eius omnis ululat descendens in fletum. Clamabit esebon et eleale. usque iasa audita est uox eorum. super hoc exercitus moab ululabit. anima eius ululabit. Cor meum ad moab clamabit. nuntius eius usque ad segor iuuenula eternantem. Ascensum luyth flens ascendet. et in uia oronaim clamorem interitus eleuabit. Aquarum nemrim desertum erit. quia fenum arefactum est. defecerunt germen uiridis omnis. Ideo quod magnitudinem operis et uirtutem eorum. ad torrentem salicum ducent eos. quoniam circumdauit clamor fines moab. usque ad galim ululatus eius et usque ad puteum helim clamor eius. quoniam aquis dibon repletae sunt sanguine. Ponam enim super dibon addiciones huius quicumque fugerint de moab leonem et reliquias terre.

XVI

Emittite agnum domino dominatori terre de petra deserti ad montem filie syon. Erunt sicut auis fugiens et pulli de nido auolantes. sic erit filie moab in transitu arnon. Inicite consilium. cogite auxilium. pone quasi nocte umbram tuam in medio die. abscode fugientes et uagos ne prodas. habitabit apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum a facie uastatoris. Finitum est enim. plus assumatur de muro. defecit qui conculcabat terram. Et parabitur in misericordia solium. et sedebit super illud in veritate tabernaculo dauid. iudicans et quaerens iudicium. et uelociter reddens quod iustum est. Audiuimus superbiam moab. superbus est ualde. superbia eius et arrogantia eius et indignatio eius. plus quam fortitudo eius. Ideo ululabit moab ad moab. unus ululabit. his quibus lectamini super muros cocti lateris. lochmu plagis suis. quoniam suburbana esebon deserta sunt et uinea sabama domini gentium exercituum. Flagella eius usque ad iazer pueniunt. errauerunt in deserto. propagines eius delectae sunt transierunt mare. super hoc plorabo fletu iazer uinea sabama. te irrigabo lacrima mea esebon et eleale. quia super uindemia tua et super messem tua uox calcantium irruit. Et auferetur letitia et exultatio de carmelo et in uineis non exultabitur. neque iubilabitur. Vinum in torculari non calcabit. qui calcabat siticuit. uocem calcantium abstulit. Super hoc uentre meo ad moab quasi cithara sonabit et uisceribus meis ad murum cocti lateris. Et cum apparuerit quia laborauit moab super excelsis suis ingredietur ad sanctum suum ut obsecretur et ualebit. Hoc est uerbum quod locutus est dominus ad moab ex tunc et nunc locutus est dominus dicens. Intra annum quasi mercenarius auferetur gloria moab super omnem multitudinem magnam. et reliquiae eius sicut uiscerum paucus et modicus nequaquam multus.

XVII

Onus damasci. Ecce damascus desinet esse ciuitas et erit sicut aceruus lapidum in ruinam. Derelinquentur ciuitates aroer gregibus erunt. et requiescent ibi. et non erit qui exterreat. Et cessabit ab ephraim regnum de damasco et reliquiae syriae sicut gloria filiorum israel erit dicit dominus exercituum. Et erit in die illa attenuabitur gloria iacob. et pinguedo carnis eius emarcescet. Et erit sicut congregans messem stantem et brachium eius spicas legit. Et erit sicut gerens spicas in ualle rafaim. et relinquetur ibi quasi racemus et sicut excussio olee duo aut tres botri in ramo. Istum mutate ramis suis inquit. auctor. Istum mulier eius fructus eius domino dominis israel. In die illa inclinabitur homo ad